

13. 8
1786, 8.
P. 34
DE
P O E N A
QUAE OB NEGLECTAM INVESTITURAE
RENOVATIONEM
IN
CURIIS FEUDALIBUS
GERMANIAE
HODIE OBTINET

BREVIS ELUCUBRATIO
QUAM
UNA CUM THESIBUS
EX
JURE FEUDALI UNIVERSO DEPROMTIS
DEFENDIT
G E O R G I U S S E I L E R
MOGONIUS
AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER
AUCTOR ET RESPONDENS
DIE XXI. DECEMBRIS MDCCCLXXXVI.

MOGUNTIAE,
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud IOANN. JOSEPH. ALTE,
Haered. HAEFFNER.



A M E R I C A
T E N T U R I A M I N I T O R I O S

C O N T I N U A T I O N

S U B S I D I U M P R I M U M

E S S E N T I A L E S C H E

C O M P E T E N T I A

M A U D

C U R R E N T E S M U

C O M P E T E N T I A

Z I N C A L B O U R N E P R O C E

T R A C K

C E L I A Z U I Q A G E S

C U R R E N T E S

C U R R E N T E S M U

C O M P E T E N T I A

I N V E S T I G A T I O N E S

C O M P E T E N T I A

C O M P E T E N T I A

C O M P E T E N T I A

2
2

ILLUSTRISSIMO
AC
EXCELENTISSIMO DOMINO
DOMINO
LOTHARIO FRANCISCO
MICHAELI
S. R. I. LIBERO BARONI
A B
E H R T H A L
MAGNAE CRUCIS ET EXCELSI ORDINIS
MELITENSIS
E Q U I T I

SACRAE CAESAREAE ET SACRAE REGIAE APOSTOLICAE
MAJESTATIS CONSILIARIO ACTUALI INTIMO, EMINENTIS-
SIMI ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI
SUPREMO AULAE PRAEFECTO AC CONSILIARIO
INTIMO ETC.

DOMINO PERQUAM GRATIOSO

LUDVICO PETRUS
EXCELESTISSIMO DOMINO
S. C. S. S. O.
LUDVICO PETRUS
HAS
STUDII SUI ACADEMICI
PRIMITIAS
SUMMA, QUA PAR EST, DEVOTTIONE

DICAT ET CONSECRAT
MONARDUS ET EXCELESTIS
WILLIBALDUS
EGIDIUS
CASSIUS ET GREGORIUS
CAROLUS
CONVENTUS
PROSPERUS
OMNIA
SERVORUM INTIMUS
GEORG SEILER
J. U. C.



DE POENA

QUAE OB NEGLECTAM INVESTITURAE RENOVATIONEM IN
CURIIS FEUDALIBUS GERMANIAE HODIE OBTINET

BREVIS ELUCUBRATIO.

§. I.

Quam paucis abhinc mensibus inclyta facultas juridica Moguntina dijudicatum ivit quaestionem, quamque mihi, suis exutam nominibus, inter privatos dein Lares pro tenuitate mea elucubrandam commisit clarissimus & consultissimus in Universitate nostra Juris feudalis Professor

— — —

fessor publicus & ordinarius, publicae nunc luci, tanquam scientiae meae juris feudalis utut exiguae primitias, expono.

Postquam sextus agebatur annus, ex quo monasterii cuiusdam praeses feudi investituram, prout a morte antecessoris oportuit, tanquam provasallus non renovaverat; fiscalis curiae actionem caducitatis eo instituit, ut, quoniam provasallus sua incuria & negligentia non modo per annum & diem, sed ultra sex omnino annos steterit, quo minus a domino feudi petierit renovationem, feudum esse amissum, idque ad dominum rediisse ex lege II. F. 24. sententia declararetur.

Provasallus vero respondit, allegatam ab adversario legem a FRIDERICO I. latam usu fori in Germania haud esse receptam, ac proin vim legis non obtinuisse; quam vero obtinuisse lex LOTHARII II. F. 52. §. 3. contenta; ex qua lege palam foret, ut privatio feudi locum habere possit, non *culpam* sufficere, sed *dolum* (cujus incusari provasallus non potuit) intervenisse oportere.

Nascetur exinde quaestio, quaenam ex utravis lege in curiis Germaniae feudalibus recepta sit, quamque indecidenda hacce causa sequi oporteat? de qua quaestione, quid ego sentiam, paucis explicabo.

§. II.

—
§. II.—

Est ea illorum negotiorum, in quibus ejusdem rei dominium inter plures divisum est, natura communis ac indoles, ut statim temporibus, ne jura utrinque mutua pedetentim intervertantur, debeant renovari: quae ratio quoque procul dubio leges feudales longobardicas (a) non minus, ac antiquas quod ad originem germanicas (b) protulit, quibus

(a) I. F. 22. „Sancimus, ut nemo miles *ultra annum et mensem* vadat, ut investituram beneficii sui a filio vel successore domini sui petat, vel post mortem domini sui, vel patris sui, vel alterius, cui succedere debet, nisi justa causa intervenerit, quare non petierit: veluti mortis, vel capitales inimicitiae vel infantia vel justa absentia, et si — non petierit, damnetur.

II. F. 24. „Prima autem causa beneficii amittendi haec fuit et adhuc est in plerisque Curiis, sed in nostra Curia Mediolanensi non obtinet, quod si Vasallus *per annum et diem* domino suo mortuo sterterit, quod heredem domini sui, investituram petendo, sidelitatem pollicendo, non adierit: tanquam ingratus existens, beneficium amittit: et e converso, si domino superestate vasallus decesserit, et filius ejus per iani dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit.

Conf. MENKENII programma de termino annuo renovationi investiturae jure communi, imperii, et Saxonico definito.

(b) Schwäbisches Lehnenrecht nach Schilte Kap. 50. 51. Goldast Kap. 49. „Jegliches Mannes Jahrzahl beginnet gegen seinen Herrn,

bus cautum esse legimus, ut, quoties in manu dominante aut serviente mutatio contingit, toties a vasallo, ad quem feudum vi anterioris inventurae pertinet, renovatio *intra annum & diem* debeat requiri.

§. III.

Quam igitur vasallorum obligationem, utpote jure communi (§. II.) stabilitam, illi quoque, de quo hic quaeritur, provasallo incubuisse, extra omnem prorsus dubitationem positum esse facile largior: illum vero propter eam, cuius incusatur, incuriam feudo proinde suo privari protinus posse, id est, quod quaeritur, quodque merito insicias iri puto; incuriam enimvero aut negligentiam non sufficere, sed dolum contemtumque domini directi eo requiri, ut vasallus feudo privari possit, statuendum esse existimo.

§. IV.

Herrn, so er ein Gut von ihm empfanget: die Jahrzahl zählen wir ein Jahr und sechs Wochen. In Senkenbergs vollständiger Sammlung der teutschen gemeinen Lehengesetze XXIII. Kap. in der Ausgabe von 1772. S. 56. Schwäbisches Lehenrecht. Schilte Kap. 104. Goldast 105. in Senenberg l. c. 105. Kap. S. 134. „Stirbt ein Herr, oder giebt seines Mannes Gut auf, immer seiner Jahrzahl, so ein Mann sein Gut von ihm empfanget soll: als er tot ist, und er den Herrn seiner Lehen erinneren: er folg seinem Gut u. s. w. und sächsisches Lehenrecht Art. 52. Senenberg l. c. S. 288.

 §. IV.

Novi enimvero, huic, quam defendeo, sententiae & legis & magni nominis *interpretum commentatorumque auctoritatem* opponi solere. Novi ex lege a FRIDERICO I. lata nonnisi *incuriam aut negligientiam* in renovanda, ut decet, investitura commissam ad feudi privationem requiri: „Si quis infeudatus major XIV. annis (sunt verba legis) *sua incuria vel negligentia* per annum & diem fletterit, quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio *feudum amittat, & feudum ad dominum redeat* II. F. 55. pr. Fateor etiam, hanc Friderici legem & quod ad litteram & quod ad sensum adeo perspicuam esse, ut nonnisi per injuriam in alium, ac verba ferunt, sensum verti possit aut debeat.

§. V.

Fateor non minus, nonnullos magni etiam nominis legum feudalium peritos, inter quos M^ENKENIUS (c),

BAUE-

(c) God. Lud. MENKE de poena privationis feudi in Vasallum dolo vel negligentia renovationem investituree non petentem legibus statuta §. 20, in ejus opusculis, Nro. 1. §. 47.

B

= = = = =

BAUERUS (*d*), RUDLOFIUS (*e*), & novissime PÜTTMAN-
NUS (*f*), & forte, quos non novi, ali referuntur, legem
Fridericianam secutos, in eam re ipsa sententiam ivisse, ut
vasallum et ob solam *incuriam* feudo privari posse haud
dubitare videantur.

§. VI.

(*d*) Jo. God. BAUER de communi Saxonum manu ob neglectam re-
novationem amissa. §. 47.

(*e*) G. A. RUDLOFF in Pro lusione, petitione renovationis investiturae
quovis modo neglecta feudum amitti. Bützov. 1771.

(*f*) J. L. E. PÜTTMANNUS Antecessor Lipsiensis in Element. Jur. feud.
Lipsiae 1781. §. 230.: „Qui intra spatum praestitutum nec in-
vestiturae renovationem nec prorogationem petit, beneficium, nisi
legitima docere possit impedita, perdit, idque (in not. b) sine
discrimine *dolo* an *culpa lata* investiturae renovatio fuerit neglecta.
Apud nos hac de re eo minus dubitari potest, quo clariora sunt ver-
ba Mandat. Saxon. d. d. 30 April. 1764. Tit. V. §. 1. „Wel-
cher die zur Suchung und Erneuerung der Lehen, und Mitbelehn-
schaft geordnete Jahresfrist vorbeistreichen lässt, und sich nicht intra
fatale sowohl schriftlich um die Lehen oder gesamme Hand meldet,
als auch zu deren Empfang in Person fistret, oder doch vor dessen
Verlauf wenigstens um Indult ansucht, derselbe soll — der Lehen
oder Mitbelehnshaft verlustig seyn: ubi inter colum et culpam
hand distinguitur, et si ceterum facilius hanc, quam illum remitti
haud negaverim. Fuit adeo, qui ad beneficii amissionem vel levi-
simam *culpam* sufficere existimaret.“

= = =

§. VI.

II

Nihilo tamen minus sententiam prorsus contrariam
(§. III.) utpote 1) legibus, 2) auctoritate, 3) usu fori,
4) analogia, et 5) aequitate magis suffultam omnino tenen-
dam esse existimo. Cum enimvero 1) leges peregrinae,
cujus indolis sunt leges Longobardorum, nonnisi quatenus
receptae sunt, vim legis in Germania obtineant, duas vero
leges prorsus contradictorias, legem inquam Friderici
(§. IV.) quae *Culpam* sufficere, et *Lotharii II.*, quae *Culpam*
non sufficere, sed *Dolum* requiri statuit, „Quoniam inter
dominum et vasallum nulla fraus nullumque malum inge-
nium debet intervenire: idcirco per hanc praesentem le-
gem fancimus, si vasallus non dolose per annum et diem
steterit, quod a domino sui beneficii investituram non pe-
tierit, feudum *ob hoc non amittat*; dolus enim abesse vide-
tur, si justa causa impediente steterit II. F. 52. §. 3.“, si-
mul receptas esse repugnet, cumque re ipsa non nisi illam a
Lothario II. latam in Germania receptam esse, ac proin et
illam duntaxat vim legis naestam esse constet, prout uno fere
ore 2) feudalis juris Consulti, quorum nonnullos duntaxat
meminisse juvat, VOCKELIUS (g), STRUBENIUS (h), BOEH-
MERUS

(g) Jo. Frid. VOCKEL de omissione renovationis feudalis non dolose
facta hodie et praesertim in Saxonia ad emissionem feudi non suf-
ficiente. §. 25. seqq.

(h) Ge. STRUDE rechtliche Bedenken II. Th. 91tes Bedenken. S. 335.

MERUS (*i*), LEYSERUS (*k*), BERGERUS (*l*), KREITMAYERUS (*m*), HORNIUS (*n*), STRUVIUS (*o*), HOMMELIUS (*p*), CRAMERUS (*q*), et alii testantur, quaeque sua testimonia variis variarum Curiarum feudalium Collegiorumque juridicorum latis sententiis ac praejudiciis 3) confirmata ibidem (*r*) legimus; cumque 4) a supremis imperii tribunibus

(*i*) Ge. Lud. BOEHMER in Princ. Jur. Feud. §. 190. et in diss. de investiture simultaneae eventualis non desiderata renovatione Cap. III. §. 65. et Tr. de exspectat. et investit. feud. Cap. V. §. 113. 123.

(*k*) Aug. LEYSER in Meditat. ad Pandectas, tom. I. specim. L. meditat. XIV. in edit. Frankenthal. 1773. pag. 542. et tom. VII. specim. CCCCLXXVIII. medit. XXXIII. pag. 354.

(*l*) BERGER in elect. disceptat. forens. XL. Obs. VII. Not. V.

(*m*) Freiherr von Kreitmayer in seinen Anmerkungen ad Cod. Bavar. V. Th. XVIII. Kap. S. 1914.

(*n*) HORN in jurispr. feud. Cap. XVII. §. 17.

(*o*) STRUV. in syntagm. jur. feud. Cap. X. §. VIII. IX.

(*p*) Hommel akadem. Reden über Mascov. de jure feud. Cap. XIV. §. 20. p. 467.

(*q*) Freiherr von Kramer Wehlar. Nebenstunden 116te Th. S. 501.

(*r*) STRUBE l. c. LEYSER l. c. HOMMEL l. c.

libus idem circa feuda Imperii noverimus observari, ubi excitato quidem fiscali Imperii contra eos, qui renovacionem investituree negligunt, vasallis quidem Imperii, ut investituram renovent, injungitur, feudo autem ipso vasalli haud privaturn (*s*): cumque huncce procedendi agendique modum *5*) et aequitati et illi, quae inter injuriam et poenae magnitudinem relatio est, et communis ceterarum legum feudalium (*t*) rationi prorsus consentaneum esse palam sit: ab ea, quam defensum ivi, sententia, qua ratione jure recedi possit, non video, cum haec argumentorum pondera tanta profecto esse mihi persuasum sit, ut non nullorum scriptorum assertio aut generalis non receptae, aut singularis cuiusdam legis auctoritate subnixa (*§. IV. V.*) ea infringere aut everttere minime valeant.

§. VII.

(*s*) Moser Traktat von der deutschen Lehensverfassung I, Buch IX.
Kap. §. 14. 15. CRAMER in Processu imp.: „Hic annus et dies, inquit Cramerus, hodie non observatur. Fere omnes vasalli hunc terminum negligunt, sine ullo caducitatis metu. Et ut ad eam de jure procedi possit, manifestus dolus et contemtus requiritur. Minoribus vasallis, si eum praeterlabi finunt, saepe per Conclusum injungitur.

(*t*) II. F. 23. II. F. 24. §. 9.

= = = = =

§. VII.

Restat, cum poenam privationis locum non habere,
ut confido, demonstraverim, an nulla omnino in eum, qui
ex incuria renovationem jure debitam neglexit, aut quae-
nam secundum Curiarum feudalium observantiam, & Scri-
ptorum auctoritatem poena statuatur, paucis inquiram:

§. VIII.

Omnium vero, quos in hanc rem consului, STRUVII (*u*)
FLEISCHERI (*w*) LEYSERI (*x*) WOLFII (*y*) VOCHFLII (*z*)
WERNHERI (*a*) BOEHMERI (*b*) STRUBENII (*c*) KREIT-

MAYERI

(*u*) STRUV. l. c. Cap. X. §. 9. Not. 3.

(*w*) FLEISCHER in Instit. Jur. feud. Cap. XV. §. 31.

(*x*) LEYSER. l. c.

(*y*) WOLF in Element. jur. feud. Cap. XVI. §. 10.

(*z*) VOCHEL l. c.

(*a*) WERNHER Observ. Tom. III. part. I. obs. 45.

(*b*) BOEHMER de investiturae simultaneae non desiderata renovatione,
ejusque impuni omissione. C. I. §. 66.

(*c*) STRUBE l. c. §. 338. ait: „Nach dem Zeugniß der mehresten
Rechtslehrer pflegt heutiges Tages die versäumte Muthung nur mit
Gelde bestrafet zu werden, wie denn, wenn in den hiesigen (braun-
schweigisch-lüneburgischen) Landen — doppelte Lehenwage ange-
setzt wird.“

MAYERI (d), auctorum sensa eo redeunt, ut eum, qui per incuriam ultra tempus lege definitum steterit, quod investituram non petierit, poena quaedam pecuniaria, eaque, ubi laudemium quoddam solvendi obligatio observantia aut pacto introducta est, duplici laudemii solutione puniri statuant oportere.

§. IX.

Quae cum ita sint, illum monasterii praesidem tanquam provasallum (§. I.), si quam in renovanda investitura culpam commisit, non quidem feudo privandum, poena vero pecuniaria pro gradu Culpaे multandum esse existimo.

(d) KREITMAYER I. c. S. 1914. Nr. 12. „Poena privationis feudi setzt allemal dolum voraus. Wo demnach kein dolus ist, da kann diese schwere Strafe nimmermehr Platz greifen, sondern es wird entweder gar keine, oder wann der Vasall gleichwohl in culpa ist, nach Gestalten derselben nur eine willkürliche Strafe, z. B. ein doppelter Lehenreich, auferlegt.“

POST.



POSITIONES

EX

JURE FEUDALI UNIVERSO.

I.

EX JURE FEUDALI COMMUNI.

1. Feudum est Dominium utile certae rei, quod reservato Dominio directo alteri conceditur sub obligatione mutuae fidelitatis specialis.
2. Feudorum origines non externae, sed germanicae sunt.
3. Capitula extraordinaria libro-feudorum longobardico adjecta non habent vim legis, sicut antiquae consuetudinum feudarium germanicarum collectiones non habent.
4. Jus feudale longobardicum circa feuda Germaniae tum publica, tum privata vim legis communis in subsidium habet.
5. Jus feudale Curiae praevalet juri feudali rei sitae.
6. Bona, ut vocant, feudo vicina, non sunt feuda impropria.
7. Licet ratio legum Longobardicarum hinc inde hodie cesset, non tamen cessat earum dispositio, vis, et obligatio.

g. Na.

8. Naturalia feudi in quolibet feudo debent praesumi, accidentalia probari.
9. Feuda igitur praesumuntur propria, et proin masculina, femina praesumuntur successiva, non promiscua.
10. Verum et practicum est discrimin inter promissionem feudi, contractum feudale, investitaram de feudo propriam et improprietam.
11. Feuda oblata secundum communem feudorum naturam legesque longobardorum sunt dijudicandae.
12. Declarare discrimin inter rem prima vice in feudum datam, et rem infeudari solitam, inter res ad infeudandum capaces, et idoneas, inter feudi pertinentias feudales et allodiales.
13. Dare regulas circa regalia in feudum data, easque ad certas regalia species, v. g. ad feuda jurisdictionis, venationis, applicare.
14. Feudum officii, oblatum, advocatiae, patronatus, decimarum, pignoratitium, de Cavena, et Camera, pecuniarium, habitacionis et aedificii definire.
15. Qualitates ad constitendum feudum necessarias, easque generales explicare et demonstrare, dein ad certas personas, mariti, tutoris, impuberis, minoris, furiosi, filiisfamilias adaptare.
16. Definire notas characteristicas inter dominum directum, predominantem et administratorem feudi, inter vasallum, provasalum, procuratorem feudi,
17. Notionem, partes, divisionem, leges investiturae, jus eam pertendendi, et concedendi,

- 18
18. Notionem litterarum investiturae, earum historiam, proprietates, finem, discrimen inter breve testatum, et litteras investiture et reversales.
 19. In domini directi arbitrio est, utrum investituram ipse, an per procuratorem dare, ita et in arbitrio vasalli positum est, an ipse, an per alium mandato tamen speciali instructum eam accipere velit.
 20. Definire discrimina inter successionem feudalem, et allodalem, inter jus succedendi, et ordinem succedendi feudalem.
 21. Liberi illegitimi nati ex disparagio, ex matrimonio ad morganaticam nati, adoptivi, legitimati per rescriptum principis vel per subsequens matrimonium, foeminae, clerici, monachi de jure communi non succedunt in feudo.
 22. Explicare notionem et jura feudi hereditarii, novi et antiqui, et novi jure antiqui concessi.
 23. Ordo succedendi in feudis legitimis recte determinatur secundum analogiam juris civilis romani.
 24. Definire ordinem succedendi legitimum inter descendentes, dein et collaterales.
 25. Filii posthumi gaudent aequali jure, et ordine succedendi cum filiis natis ante mortem patris.
 26. Filiis non licet hereditatem ultimi defuncti repudiare, et feudum retinere, agnatis autem licet.
 27. Notionem, variasque species divisionis feudorum, variaque circa easdem jura explicare.
 28. A successoribus feudalibus ad definiendum inter se ordinem succedendi specialem domini directi consensum requiri, non necessarium, consultum, et decorum vero est.

29. Pa-

29. Pater ad ordinem succedendi in feudis antiquis introducendum a jure communi diversum, filiorum jam natorum consensu indiget.
30. Explicare notionem, historiam, et jura primogeniturae, majoratus, et senioratus in feudorum successione.
31. Definire naturam investiturae simultaneae eventualis et exspectativae.
32. Investituram, ut vocant, eventualem, aequa ac exspectativam simplicem nonnisi jura personalia producere defendimus.
33. Investituram eventualem aut exspectativam simplicem a domino sine consensu vasalli aliis concedi posse, naturae rei et legibus convenit, ejus tamen consensus utilitatem habet.
34. Notioneui renovationis investiturae, rationem legis, praceptum juris feudaloris, obligationem vasalli, provasalli, domini directi, et predomini, sede vacante capituli, impedimenta legitima, poenam, modum, et effectus renovatae investiturae, quaestionesque circa haec puncta controversas,
35. Notionem laudemii, nomina, fontes, quando, a quibus et quantum debeat praestari, quidque circa sportulas feudales juris sit, determinare.
36. Quid sit prae scriptio feudalis adquisitiva, an verus feudum acquirendi modus, quinam sunt fontes hujus doctrinac, an bona fides, eaque perpetua, quale spatium annorum, an probatio tituli requiratur, quaenam specialis sit compellatio feudi per prae scripti onem.
37. Explicare jura domini directi ex feudo constituto provenientiam ratione feudi, quam ratione vasalli, praefertim circa fidelitatem, reverentiam et vasallagium domino debitam.

- — —
38. Quaestio, an dominium directum absque vasalli consensu a domino secundum regulam alienare possit, vere dubia et controversa est.
39. Vasallus nullo modo, nec quoad feuda Landsassiaca subditus est.
40. Explicare notionem, divisionem, fundamentum, modumque exercendae jurisdictionis feudalis.
41. Jurisdictio feudalis voluntaria cuiilibet domino directo, contentiosa nonnulli illi competit, qui ceteroquin jurisdictione ordinaria gaudet.
42. Jurisdictio feudalis contentiosa feuda intra et extra curtem complectitur.
43. Quid circa vasallorum servitia militaria antiqui, quid novi juris est?
44. In quo consistunt servitia vasallorum non militaria, in specie circa feuda ambaiae, palatina, censualia.
45. Quaenam jura competunt vasallo respectu domini directi, quaenam ratione feudi, praesertim circa locationem, usumfructum, dotem in feudo constituendam, quae sunt remedia juris judicialia, et extrajudicialia ad conservanda vasallorum jura.
46. Jura vasalli circa constitutionem subfeudi, et circa alienationem feudi, jura domini et successorum feudalium circa alienatum feendum, ex me quaerenti exponam.
47. Quae sunt regulae circa testamenta, et pacta successoria de feudo?
48. Quae tutelae feudalis rationes antiquae et novae?

49. Quid

49. Quid circa debita vasallorum allodialia , quid circa feudalia iuris est.
50. Quae sunt circa vidualitum , dotalitum , alimentariam provisionem feudalem principia?
51. Feloniae notionem , divisionem , modosque eam committendi , poenam , effectus , quaestionesque circa eam moveri solitas.
52. Consolidationis et appropriationis notiones , quaeque circa utramque obtinent jura , et
53. Judicii feudalis indolem et rationem declarare.


II.

EX JURE FEUDALI IMPERII.

1. Explicare notionem feudorum imperii , eorum historiam , divisiones , proprietates , modos constituendi feuda imperii , certasque feudorum imperii regalia , non regalia , majorum et minorum species .
2. Inter fontes juris feudorum imperii etiam jus feudale longobardicum merito refertur , ac proin etiam circa feuda imperii in subsidium obtinet .
3. Jus imperatoris constituendi feuda imperii intuitu bonorum in feuda imperii dandorum , et oblitorum , jusque reinfeudandi feuda majora et minora definire et discernere .
4. Vicariis imperii jus reinfeudandi feuda imperii non videtur competere .
5. Vasallorum et provasallorum imperii jura communia , et specialia ecclesiasticorum ,

6. Jus

- = = = = =
6. Jus investiendi imperatoris, solennitates antiquas et novas investiturarum discrimina, feudorum sceptri et vexilli, throni et judicii aulici, mandatarii ad investituras recipiendam qualitates, locum et effectus investiturae feudorum imperii,
 7. Regulas investiturae legitimae feudalis in feudis imperii quoad masculos et foeminas, adoptivos, natos ex disparagio, ex matrimonio ad morganaticam, clericos, catholicos, et protestantes circa electoratus et principatus,
 8. Ordinem succedendi legitimum et specialem ex investitura simultanea, eventuali et exspectativa,
 9. Renovationis investiturae in feudis imperii necessitatem, locum, tempus, et requisita legitimae petitionis,
 10. Laudemii, taxae feudalis, jurium Cancellariae, et Xeniorum pro recipienda investitura solitorum obligationes,
 11. Quid circa praescriptionem feudorum imperii juris sit,
 12. Jura domini directi circa cessionem dominii directi, exactiōem fidelitatis, servitorum militarium, non militarium aequē ac jura vasallorum imperii praesertim circa alienationem, refutationem, subinfeudationem, circa pacta et testamenta, remediaque juris,
 13. Tutelae feudalis circa feuda imperii praesertim ecclesiastica, indolem et jura.
 14. Obligationes successoris in feudo imperii,
 15. Modos amittendi et finiendi feuda imperii,
 16. Judicii feudalis circa feuda imperii, indolem, et rationes declarare.
- = = = = =



Mainz, Diss., 1786

ULB Halle
005 822 564

3



KOIP

TA → OL



13. 1786, 8.

DE
P O E N A
QUAE OB NEGLECTAM INVESTITURAE
RENOVATIONEM
IN
CURIIIS FEUDALIBUS
GERMANIAE
HODIE OBTINET

R. 342

BREVIS ELUCUBRATIO
QUAM
UNA CUM THESIBUS
EX
JURE FEUDALI UNIVERSO DEPROMTIS
DEFENDIT
GEORGIUS SEILER
MOGONUS
AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER
AUCTOR ET RESPONDENS
DIE XXI. DECEMBRIS MDCCCLXXXVI.

MOGUNTIAE,
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud IOANN. JOSEPH. ALF.
Haered. HAEFFNER.

